ſe extricaret, quodammodo Cælivagus rura petere cogita-
uit neque tamen unquam, inter eas turbulentias quoti-
diana intermiſſa ſtudia, ſed ~~ad~~ ſuis conſuetis, et etiam
Arabicæ operam dedere lectioni lucubrationibus. Post +
aliquot vero dies ad maritimum pagum abijt Cælivagus
una cum Illuminato exigua admodum ſolitudinis potiti fuêre
recreatione propter plurimas et nimium occultas etiam eo
in loco ſulicorum inſidias operam tamen dedere rerum
naturalium ſpeculationi ad maris littora plantas oſtra-
codermata lapides et quæ huius generis ſunt obſerua-
uit, ijsque in unum collectis omnia ad Lynceum detu-
lerunt; Nam uno alteroque die ibi transacto Romam
rediere. Tunc vero cum ad urbem reverſi fuerant la-
tiſſima undique ſparsa eſt fama Tardigradum Eclypſa-
tumque cæteros Lynceos morari extra Urbem, ut ~~illos~~
qui Romæ manebant, Lynceos abluerent. Interim Tar-
digradus cum pluribus diebus apud Lynceorum Ami-
cum in Gualdonsi oppido manſiſſet Fabrianum liquatis
niuibus appulit. Eclypſatus Interamni permiſſis horis
Lyncei aliquid egit. Illuminatus et Cælivagus in urbe,
quæ ibi agebantur ad eos perſcripſere. Dux vero con-
ſueto more ſingulis diebus Illuminatum aduocabat
et intrinſeca ſe uti eius familiaritate fingebat,
ijsque arcanis colloquutionibus talia petebat quæ max-
imo ſine Illuminati damno et vituperio extrino
fieri nequibant, quibus ut nequaquam conſentire
ipſe voluit ſenſim eius familiaritati repulſam
dedit. Ut tamen ageret quæ ipse perſuadebat polli-
cebatur ſe apud Romanæ Eccleſiæ Vicarium pro
eius dignitate defatigari, ut ſic etiam Illuminato
ſuſpitio ~~ulla~~ caderet, eum accuſandi gratia ipſum
adiſſe, dum ſingulis accedere videret eum diebus.
Ipſe tamen nihil præter Illuminati ruinam tra-
ctabat, ac miris modis, quomodo extra domum
capi poſſet inquirebat; Eamque ob cauſſam alijs ſtuli-
cis Illuminati ſuperſtitionem prædicabat, ut eo mo-
do plures fœderis ſocios haberet. Quotiescunque cur-
rus conſcendebant aulicos Cælivago Illuminatoque
adiungebat, qui capere eos in ſermone poſſent,
et ſuæ intentionis faciles haberet ſocios. Tam
...